



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

4. Acceptatio personarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

2. *De Absolutione, Acceptione,*

etur peccatum matris, ne infametur, & idem dicendum, si fuerit necessarium adeuitandum periculum vitæ, lib. 9. disp. 20. num. 9. & 10.

2. Quando probabiliter creditur factū esse animatum, licet prægnanti medicinis vti, quæ sunt per se & directè ordinatæ ad expellendos humores prauos, vt est venarū ruptio, &c. Itē medico licet illas applicare, & tenetur, licet prægnans eis vti non teneatur; non tamen est licitum prægnanti vti medicinis, quæ directè & per se sunt ordinatæ ad abortum; secus dicendum, quando medicinæ sunt eque ordinatæ ad salutē & abortum, licet de vita matri & factus medici dubij sint lib. 9. disp. 20. num. 14. 16. 18. & 19.

Absolutio.

1. Dum in noua constitutione reseruatur absolutio alicuius peccati in odium illius, vt fecit Xistus quintus contra malè promotos ad ordines; ignorans inuincibiliter cōstitutionē non incurrit hanc reseruationē; secus dicendum de ignorantia casuum reseruationis superioribus ad bonum regimen Ecclesiæ, lib. 9. disp. 32. num. 18.

2. Absolutio in foro conscientię fit extra confessionem, secus dicendum de potestate absoluendi in foro pœnitentiæ, lib. 8. disp. 34. num. 29.

Acceptio personarum.

3. Acceptio personarum non reperitur in faci-

De Accus. Actione, Actore, & Actu. 3

facilius disp̄sante in matrimonij impedimentis cum diuitibus & potentibus lib. 8. disp. 19. num. 5.

Accusatio.

1. Accusare licet viro adultero iam dimisso, adulterium ante sententiam admisum, quāuis in prius iudicium non fuerit per viā actionis deductum ad instaurādum matrimonium lib. 10. disp. 9. num. 25.

2. Accusatio adulterij quoād pœnā criminalem, & ciuilem, præscribitur quinquennio secus dicendum, quoad petendum diuortium quod nunquam præscribit lib. 10. disp. 3. num. 9.

Actio, Actor, & Actus.

1. Actio, cui datur eidem competit exceptio & retentio, lib. 6. disp. 38. num. 34.

2. Actus quando non valet ut agitur tunc valet eo modo quo valere potest quando est defectus ex parte causæ efficientis, lib. 1. disp. 20. num. 30. & disp. 21. num. 1. & 4.

3. Actus non operantur ultra intentionē agentium lib. 1. disp. 21. num. 1. & lib. 2. disp. 36. num. 3.

4. Actus præsumitur factus secundū propriam eius naturam lib. 1. disp. 37. num. 4. Et in dubio præsumitur factus ita, ut valeat, lib. 1. disp. 38. num. 4. & lib. 3. disp. 35. num. 19.

5. Actus appellatione non venit actus, qui inualidus est lib. 3. disp. 2. num. 5. Et actus inualidus non dicitur simpliciter talis, ibid.

A 2 6. Actus